



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Contemnitur. 82

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

bat, an quâ fortè inscius deerrasset: facilis sequi, si ad meliora duceretur. 81 Caussa diu ampliata, Vicarius denique innocentem **IGNATIVM** renunciat, ac publica sententiâ aduersus calumniam lata, simul illum sociosque è custodia educit. Humano iudice defensam innocentiam, mox tribunal etiam cæleste vindicauit. Postea enim quàm de carcere exijt, mandatum **IGNATIO** est; vt abiecta vestis insolentia, habitu cum ceteris communi vteretur. Atque in eam rem datû negotium cuidâ **Ioanni Lucenæ** viro ad hoc genus officia cõsuefacto, qui vestiendo **IGNATIO**, de quæsita stipe pecuniâ cõficeret. Verû vltus ita venerat, vt ambobus ad eades quasdâ primarias delatis, magna vis hominum se ostenderet, qui ad pilæ spectaculum intendebant. 82 Ibi homo nobilis (nomen adscribere

D

par:

parcimus) cognito, cui rei ad-
 essent, vehementer sanè contur-
 batur; & ad Ioannem conuersus,
 Eccur tu, inquit, eo loco vir, hanc
 talem cogere stipem perseueras?
 malè ego dispeream, & vel flàmis
 ardeam, nisi istic (IGNATIVM aie-
 bat) flammis est vstulā dus. Atro-
 nuit præsentēs acerbior vox, qui-
 bus IGNATIÏ honestas in comper-
 to erat. Atqui haud diu cessatum
 est, & eodem ipso die nuntius de
 Philippo secundo affertur. Regē
 esse renūtiatum. Excitavit ea no-
 uitas ciuium animos, vt festo ap-
 paratu sua pro se quisque gaudia
 testarētur. 83 Inter quos etiā ille,
 de quo memoramus, applaudere
 cupidus, properat editam domū
 turrim conscendere. Excutit im-
 prouidus flammæ scintillam; que
 ad vicinā nitrati pulueris custo-
 diam perlata, in insperatū incen-
 dium euasit; hominemq; eluctā-
 tibus